





f. 38,25.

V c  
4311

FERDINANDI III.  
ROMANORUM IMPERATORIS AUGUSTISSIMI

MOTIVA  
SERIA,

&

EMOLVMENTA  
PUBLICA,

Initæ pacis cum Serenissimo Duce Saxoniæ Principe Ele-  
ctore, prout ea ex mandato Cæsareo transmissa sunt  
ad virum quendam magnæ Au-  
thoritatis.



Anno M. DC. XXXV.



**D**E pace cum Electore Saxonie tandem benevolente Deo conclusa ex proximis nostris secundum hujus datis intellexeris, Interim non modo de publicatione ejusdem pacis die tertia Maji Pragae peracta certiores facti sumus, sed & tabulae ipsae conventionis utrumque a Commissariis signatae, ad nos allatæ sunt, de quare hic publicè permulgationem fieri curavimus, significamusque eadem per adjuncta suæ Sanctitati.

Ad pacem igitur quod attinet, jam autem facile prævidemus, quos illa sermones hominibus sit datura. Erunt malevoli, & imperit rerum, quibus ea displiceat, non deerunt, qui per eam Religioni incommodatum, aut certe minus quam pro voto suo commodatum, sint putaturi: quorum primis difficile est unquam satisfacere, secundis ignoscimus; tertios & quartos, Tabulae ipsæ pacis, ubi illæ in publicum edentur, ab hac opinione liberabunt, quos proinde requisitos velimus, ut tantisper de tota hac re judicium suum suspendant, ac interim ita firmiter de nobis æstiment, eam nos semper curam Religionis habuisse, quam & officium Summi nostri Imperatoriū muneris exigit, zelusque & affectus Domus nostræ nativus fert, tum temporum quoque & rerum ratio voluit, nec magis ulli, quam nobis dolori esse, si aliqua nostra culpa, illa vel minimum detrimenti pateretur. Hanc opinionem ubi firmam de nobis habuerint, illud facile intelligent, quicquid id esse possit, quod ipsi Religioni amplius commodatum vellent, id illi non ab alio, quam urgentissimæ necessitatis vi, ademptum fuisse: Quæ quidem necessitas qualis quantaque fuerit, non immerito veremur, ut quisque plenè percipiat, aut exprimi sibi patiatur, nisi qui vel spectaculo præsens, vel pars malorum fuit, quibus universam hanc tam nobilem Germaniæ Provinciam, continuum gravissimumque septendecim annorum bellum plus quam miserandum in modum affixit, ac funditus ferè evertit.

At si quis tamen vel in genere sibi objiceret, quod bellum communiter calamitates comitari soleant, ac tum perpendeat in hoc bello quos stimulos ad contentionem Religio tam altè hominum animis infixa vel ejus opinio utrumque addere potuerit, quanquam hinc sacrorum prophatorumque omnium permixtionem consequi necesse fuerit, ubi quod his sacrum, illis execrabile & è contravideti oportuit, in quo æquè utraque pars sibi non magis de his bonis acvitæ fragili, quam salutem ipsa æterna decertandum, adeoque omnia pro eo toleranda putavit, id assè qui aliquatenus poterit, quæ ad bellum diutius in his regionibus continuandum media re iugasse potuerint.

Idem deinde si serio consideraverit, quæ discrimina inter hæc universa subinde Religio, fortuna vices suas variante, subierit, & quanto tempore Catholicorum provinciæ in Acatholicorum manibus haferint, quæ quidem omnes nunc recuperatae sint, quam autem parum auxilii ab iis nobis suppeditatum fit, qui in hac causa pri-  
mas tenere debuissent, tum è contra, quæ etiamnum sint adversæ partis vires, quibusve ex non Acatholicorum modo, sed etiam Catholicorum (prò dolor) subsidiis nitantur, ac demum in pericula æterna circumspicerint, quæ ab invecisis undique hostibus, & quam maxime hosti vicino perpetuo non nostræ tantum, sed universas Christiani nominis Reipublicæ timenda fuerint, & adhuc sint, attenta illa potentia, totque stimulus, quos non modo illi Acatholicæ, sed Catholicorum etiam non nemo (quod horrendum est dictu) ad nos invadendos continuò per Legatos subdere non cessarunt, nec etiamnum cessant, mirabitur fortasse, non quod pacem tandem aliquando acceptandam duxerimus, sed quod in ea pertractanda lente processerimus.

Quod tamen non eo intellectu velimus, quasi necessitas eam apud nos vim unquam habuerit, nec habitura sit, ut eam pacem unquam suscepturns simus, aut suscepserimus, quæ vel minus è Rep. sit, vel dignitat ejusdem, vel nostræ adversari posset, quin potius contra non inquis rerum arbitris, ac in primis ad Religionem quod at-  
tinet,

tinet, ita iudicatum iri confidimus, per hanc pacem, illi non detretum, sed additum & lucrificatum esse, de quo quidem Tabulae ipsae, ut diximus, propediem luculentius testabuntur. At ut vel obiter hos etiam consolemur, quibus tam cordi est Religio, breviter saltem illud, quod commodatum illi censemus, hic subjiciendum duximus.

Ac in primis, si nihil aliud esset, quam quod per illam omnes Electores & Principes S. Romani Imperii tam Sæculares quam Ecclesiastici, cæterique Status Catholici suis ditionibus postliminio restituuntur, atque in iisdem Ditionibus Religio Catholica asservatur, tot millia animarum vel præsentissimo æternæ perditionis periculo liberantur, haud parum care ut credimus Religioni commodatum fore.

Sed proximum huic est, quod per eandem in manus nostras Archiepiscopatus Bremensis una cum amplissimis aliquot Episcopatibus, Halberstadiensi, Mindensi, Verdensi, & Osnabrugensi perveniant: Præscriptio centenaria Confessionis Augustanæ interrupitur: Similiter præscriptio bonorum Ecclesiasticorum immediate Imperio Subditorum, quæ ante Transactionem Passaviensem crepta fuere, impeditur, iisdem Catholicis ubivis in quibuscunque Ecclesiis tam Cathedralibus quam aliis, etiam iis, quarum penes Acatholicos manet possessio, nunc & im posterum Menses Papales, Preces, Canonicatus, Præbendæ, Beneficia stabiliuntur: In monasteriis & dömibus suis Religiosis Postulationes & Electiones servantur, non obstantibus Acatholicorum Statutis quibuscunque etiam juratis, quibus Catholicæ ab his arcēntur.

Quantivis deinceps pretii est, quod in Collegio Electorali nobis ac parti Catholicæ stabilitur & confirmatur unius voti accessio: tum etiam ipse Ditiones Palatino ademptæ, veliura ad easdem competentia Catholicis reservantur.

Item quod in universum in causis Religionis Jurisdictionis nostræ ac Consilii nostri Imperialis aulici irrefragabile adjicitur robur: res superactis utrumque submissis hactenus judicatae, & im posterum

**judicandæ obtinentur.** **Lis Principibus ac Statibus Catholicis de libera potestate reformandæ Religionis in suis ditionibus hactenus mota tollitur.**

Similiter in causa spolii, quoad bona Ecclesiastica, Jurisdic<sup>t</sup>io nostra, hactenus semper impugnata, extra dubium ponitur, quod spatio 40. annorum in pactis expresso durante obtinet absoluta, & postea in casu paritatis votorum consilii constituendi eandem vim retinet.

Excluditur deinde per hanc conventionem à Pace religiosa Imperii, si non expresse, saltem tacite, de expresso tamen consensu & approbatione partis alterius hominum, quicquid Calvinismo adhæret, sectæ tam turbulentæ ac pernicioſæ, restricto Protestantium nomine ad solius Confessionis Augustanæ Sectatores, contra reiteratas callidissimas instantias plerorumque Protestantium apud Electorem Saxoniæ.

Civitas ipsa Augustana sic reformatur, ut Episcopo Catholico omnia templa restituantur, & unius Lutheranis tantum loci ad ædificandum, ac unius tantum vel duorum Prædicantium permittitur facultas.

Demum & Lotharingia tam nobilis & intemerata hactenus ab omni hæresi provincia à periculo ejusdem hauriendæ præservatur, vel potius ex faucibus ipsis ejus inhiantis eripitur, & tantum quidem in Imperio Religioni acquisitum boni.

At in regno nostro hæreditatio Bohemiæ cæterisque Domus nostræ hæreditariis Provinciis hoc obtentum, quod necimus, an solum per se non indignum hujus pacis pretium sit æstimandum, nimirum quod in iisdem Religio nostra Catholica, prout ea nuper à nobis restituta est, in perpetuum stabilitur, contra quam plerique Protestantum, nec non & Rex Christianissimus omni ope sibi adnitendum putarant.

Nolumus hic commemorare alia haud minoris facienda emolumenta, quæ in commodum cedunt non Germaniæ tantum, sed totius Christiani orbis, ac vicinarum regionum, maxime ut sunt  
correctio

correctio morum, disciplinæ ac politiæ restauratio, liber metcimo:  
niorum usus.

Nec omissendum sane, quod hac pace contra Acatholicorum  
viam non Germania tantum, sed & vicina regna & Provinciæ, nec  
non & Italia ac ipsamet Sacra Sedes Apostolica, cui per hos annos  
exitium minitari non semel audita conservantur. Erit quoque per  
hanc eandem pacem, ut & Serenissimo Nepoti nostro Regi Catho-  
lico in Belgio hæresis debellandæ facilior sit potestas & copia.

Postremum quod primo loco ponendum erat, quod per hanc  
pacem totius Germaniæ vires denuo conjungantur ad resistendum  
validius, si vel in Hungariâ, vel in Poloniâ ingruat periculum, inimi-  
co universæ Religionis Christianæ ut infensissimo, ita periculosissi-  
mo Turcœ. Quanti facienda sit hæc res, is facilius estimabit, qui sc-  
cum reputaverit, quod si hostis pro ingenio suo, hoc tempore spe-  
ciata occasione, defessas nostras & Germaniæ vires voluisse aggre-  
di, fortasse non alias tam oportunam totius Europæ subjugandæ  
commoditatem nancisci potuisset. Quo dignoscitur hujus con-  
ventionis utilitatem ad totam Christianam Remp. eque fere perti-  
nere, eodem speciale, quod speramus eandem hanc conventio-  
nem portam fore ad introducendam pacem universam inter cete-  
ros quoque Reges & Principes universi orbis Christiani, maxime  
Catholici, ad plenum ac diuturnum non quietis modò & tranquilli-  
tatis sed & sanctitatis fructum, quò libenter omne studium nostrum  
convertemus.

Atque hæc fere sunt emolumenta, ex quibus Religiosi ea pau-  
zissimis quibusdam incommodis, quæ nec perpetua sunt, nec effugi-  
potuerunt, opponatur, se non diminutam, sed auctam existimare  
poterit. Ac si quis tamen doleat, non amplius illi commodatum  
fuisse, hunc nos minimè reprehendendum censemus, quin potius  
hortamur, ut dolorem suum in illum expromat, qui impedimento  
fuit. Tanget ea res non nos, sed Regem Christianissimum, qui cum  
inter ceteros Ecclesiæ filios sibi primas appetat, nihil tamen est veri-  
tus non modo jam cum ab initio Acatholicorum vires contra nos  
& unio-

cis de  
tenus  
dicio  
quod  
ta, &  
m vim  
igiosa  
nsensu  
nismo  
estan-  
contra  
napud  
holic  
dædi-  
titur  
tenus  
serva-  
nqui-  
Do-  
simus,  
dum,  
nuper  
iques  
bi ad-  
emo-  
, sed  
t sunt  
rectio



GRK 43 II

& unionem foederis Catholici irritare in Imperio, in eorum auxiliū Regem externum Suecum vocare & promovere, cum eodem foedus inire, utrorumque potentiam fovere & firmare, per semet Ditiones nostras & Imperii nulla data causa, contra fidem datam, invadere ausus est, sed conati etiam ipse met Catholicos a nobis avulos contra nos concitare, tum etiam quando post Nordlingensem Victoriam & generale trophēum pleraque ad receptionem felicemque exitum prona nobis erant, justos exercitus nobis oppone-re, è Civitatibus & locis, quæ iterum in nostram & Catholicorum potentiam venerant, militem nostrum expellere, & Acatholicum introducere. Demum cum alias sepe progressus nostros & Religionis impedire, tum in articulo & punto ipso concludendę pacis hoc Electori Saxonię promittere non dubitavit. Quod si modicum temporis tantum sustineret, ipse effecturus esset, non modo ut longe quam nunc, quo ad omnia, opimioribus conditionibus poteretur, veram etiam ut in Regnum Bohemię & Provincias nostras Lutherana Secta cum omnibus restitueretur.

Ex his prout loco, tempori & personis convenire videbitur iis, qui circa hanc Pacem aliquid moverent, respondere poteris, quæ omnia prudentię, tuęque erga nos fidei commissa volumus, at-

quæ hoc faciendo, benignam nostram voluntatem exe-

quēris, cui de cetero gratia nostra Cesarea

sirma manet. Data Badenę o.

Etavo Julii 1635.

nc



ULB Halle  
003 289 435

3



VD 17





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-28697-p0012-1

DFG

**A**rsi quis tam  
muniter calami  
bello quos stim  
animis infixa ve  
hinc sacrorum  
qui necesse fueri  
videti oportuit,  
nis acvitatem fragili  
mnia pro eo tolle  
ad bellum diutius  
esse potuerint.

**I**dem deinde  
uersa subinde  
quanto tempore  
nibus haerent, q  
temporum auxil  
mas tenere debu  
partis vires, quib  
tholicorum (pr  
æterna circumsp  
maxime hosti vi  
Christianinomini  
tentilla potenti  
sed Catholicorum  
nos invadendos  
etiamnum cessan  
quando acceptar  
processerimus.

**Q**uod tam  
apud nos vim unde  
quam suscepimus  
vel dignitatem ius  
tra non inquisi


**Kodak**

LICENSED PRODUCT  
Black

**KODAK Color Control Patches**

© The Tiffen Company, 2000

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



od bellum com  
penderet in hoc  
n altè hominum  
erit, quanquam  
xtionem conse  
abile & è contra  
magis de his bo  
um, adeoque o  
as poterit, quæ  
media re iqua

mina inter hæ  
re, subierit, &  
holicorum ma  
e sint, quam au  
in hac causa pri  
um sint adversæ  
d, sed etiam Ca  
num in pericula  
stibus, & quam  
i, sed universæ  
dhuc sint, at  
illi Acatholici,  
um est dictu) ad  
cessarunt, nec  
em tandem ali  
tractanda lente  
necessitas eam  
eain pacem un  
inus è Rep. sit,  
uin potius con  
onem quod at  
tinet,